

5. Propriè verò Elenchus argumentum sonat, seu notitiam certam, qvæ mentem hominis convincit. Hinc fides dicitur ἔλεγχος ἢ βλεπομένων, ἀπόδειξις, demonstratio, notitia convincens Hebr. ii, v. i. Hinc Dialectica argumentatio appellatur *Elenchus*, verum additur *Sophisticus*, h. e. captiosus, ut innuatur ea, qvæ per ipsum sit deceptio.

6. Definitur autem ab Aristotele hoc modo : ἔλεγχός ἐστι συλλογισμὸς μετ' ἀντίφασεως τῷ συμπεράσματῳ. i. e. *Elenchus* est *Syllogismus cum contradictione conclusionis*. h. e. Est Syllogismus, qvi ex iis, qvæ speciem veri habent, concludit, vel saltem videtur contradicentem conclusionem, inferre, revera autem non infert. Semper enim laborat aliquo vitio, sive id sit in solâ materiâ; sive in materiâ & formâ simul.

*Elenchus Dictionis* vel consistit in ambiguitate propriè ita dictâ, vel de ambiguitate saltem participat. Qvi in ambiguitate propriè ita dictâ consistit est vel *Termini simplicis*, vel *integræ orationis*. *Termini simplicis*. Unde *Fallacia Æquivocationis*.

Anno-